BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meros suos. Feceruntque filii israel sicut
preceperat moyses: et petierunt ab
egyptiis vasa argentea et aurea
vestemque plurimam. Dedit autem
dominus gratiam populo coram egy
ptiis ut commodarent eis: et spolia
verunt egyptios. Profectique sunt fi
lii israel de ramesses in sochot. sexcen
ta fere milia peditum virorum.
absque parvulis et mulieribus. Sed et
vulgus promiscuum innumerabi
le ascendit cum eis. Oves et armen
ta et animantia diversi generis multa
nimis. Coxeruntque farinam quam
dudum conspersam de egypto tu
lerant: et fecerunt subcinericios
panes azimos. Neque enim poterant
fermentari cogentibus egyptiis et
nullam facere sinentibus moram:
nec pulmenti quidquam potuerunt
preparare. Habitatio autem filiorum israel
qua manserunt in egypto fuit qua
dringentorum xxx annorum. Qui
bus expletis eadem die egressus est
omnis exercitus domini de terra e
gypti. Nox ista est ~~servanda~~ obser
vabilis domini quando eduxit eos
de terra egypti. Hanc observare de
bent omnes filii israel in generati
onibus suis. Dixit quoque dominus
ad moysen et aaron. Hec est religio
phase. Omnis alienigena non
comedet ex eo. Omnis autem servus
empticius circumcidetur: et sic come
det. Advena et mercenarius non edent
ex eo. In una domo comedetur: nec
efferetis de carnibus eius foras: ne
os illius confringetis. Omnis cetus
filiorum israel faciet illud. Quod si
quis peregrinorum in vestram voluerit
transire coloniam et facere phase do
mini: circumcidetur prius omne
masculinum eius: et tunc rite cele
brabit. eritque sicut indigena terre.
Si quis autem circumcisus non fuerit
non vescetur ex eo. Eadem lex erit
indigene et colono qui peregrinatur
apud vos. Fecerunt filii israel sicut pre
ceperat dominus moysi et aaron. Et
in eadem die eduxit dominus filios
israel de terra egypti per turmas suas.

XIII

Locutusque est
dominus ad moysen dicens.
Sanctifica mihi omne pri
mogenitum quod aperit vulvam
in filiis israel. tam de hominibus quam
de iumentis. mea enim sunt omnia.
Et ait moyses ad populum. Memen
tote diei huius in qua egressi estis
de egypto et de domo ~~quoniam~~ ser
vitutis. quoniam in manu forti e
duxit vos dominus de loco isto. Ut
non comedatis fermentatum panem
hodie egredimini mense novarum
frugum. Cumque te introduxerit domi
nus in terram chananei et ethei et a
morrei et evei et iebusei quam iuravit
patribus tuis ut daret tibi terram
fluentem lacte et melle: celebrabis
hunc morem sacrorum mense isto.
Septem diebus vesceris azimis: et
in die septimo erit sollempnitas
domini. Azima comedetis septem
diebus. Non apparebit apud te a
liquid fermentatum. nec in cunctis
finibus tuis. Narrabisque filio tuo
in die illo dicens. Hoc est quod fe
cit mihi dominus quando egressus
sum de egypto. Et erit quasi signum
in manu tua et quasi monumentum.